ſuo teſtimonio probent, Chriſtum eſſe illum Filium Dei, in quem credendum, & à quo unicè ſalus animæ expectanda.

7. Per Λόγον intelligitur *Verbum* æternum & ὑποστατικὸν, ſecunda ſcil. Trinitatis perſona, quæ Verbum dicitur non tantùm à naturâ & officio, ſed & κατ᾽ ἐξοχὴν, ſecundùm excellentiam, ita ut Verbum illud (ſive Nomen) quod peculiari ratione Deus ſibi vendicat Ex. 3. אֶהְיֶה ſcil. יְהוָה Eriturus Dominus, vel ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος Apoc. 1. intelligatur, qui & propterea à Chald. Paraphraſte eâdem ratione κατ᾽ ἐξοχὴν מֵימְרָא indigitatur.

18. *Scimus, quod omnis qui ex Deo genitus eſt, non peccet*, ſcil. tale peccatum, de quo ſupra v. 16.

IN II. EPIST. CATHOL. D. JOHANNIS.

CAP. I.

Verſ. 1.

Ἐν ἀληθείᾳ) Subſtantivum h. l. ponitur pro Adjectivo, & exponitur per Adverbium ἀληθῶς. Conf. v. 1. Ep. 3. Joh.

1. 2. Sed & omnes, qui agnoverunt veritatem (Evangelii Chriſti) idque per veritatem (gratiæ divinæ & fidei in cordibus noſtris accenſæ) manentem in nobis, & futuram (quæ erit) nobiscum usque in ſeculum.

2. Ἔσαι) pro ἐσομένην per Hebraiſmum. Subſtitut. indefinit. vel Fut. ſec. pro Participio, ſi illud præceſſerit.

3. Ἔσαι) pro ἔσθω vel εἴη. Fut. pro Optat. vel Imperat.

IN III.